Conclusio secūda. Nūc est indiuisibile. Probat. qz si diuideret. diuidere tur in p̄teritū z futurū. z cū ipsum nūc sit terminus p̄teriti z futuri. et terminus sit in eo cuius est terminus. sequeretur q̄ aliquid p̄teriti esset in futuro. z ecōtra. **S**ecūda rō. si nūc diuideret. cū diuisio vniuscuiusqz cōtinui sup̄za aliquod indiuisibile cadat semp̄ sequeret q̄ ipsuz nūc qd̄ diuide ret nō esset nūc s̄m seipsum. sed solum s̄m alterū. scz s̄m indiuisibile s̄m qd̄ fieret diuisio eius. z sic nullum esset nūc s̄m seipsum. qd̄ est falsum. **T**er cia rō. si nūc diuideret. diuisio eius esset in p̄teritū z futurū. sed p̄teritū z fut urū non sunt simul. sed successiue. qd̄ est p̄tra rōnem eius. ergo tale nūc nō esset simul totū existens. qd̄ est p̄tra rōnem ipsius nūc. Item si nūc esset di uisibile haberet partes ad inuicē p̄tinuatas p̄ aliquid. vel ergo illud p̄tinu ans esset diuisibile vel indiuisibile. si indiuisibile habet intentū. scz q̄ in q̄lis bet p̄tinuo dēter dari aliqd̄ p̄mū p̄tinuans partes ad inuicem qd̄ sit indiu isibile. Si vero sit diuisibile iterū arguit v̄r p̄us. z sic erit. p̄cessus in infinit um. ergo in om̄i p̄tinuo op̄r̄ esse aliqd̄ indiuisibile. z si sit indiuisibile opoz ter q̄ sit vnum z idem respectu partis prioris z posterioris

Conclusio tertia. Impossibile est aliquid moueri in ipso nūc. Patz. qz si aliquid potest moueri in ipso nūc. p̄tinget in nūc moueri duo mobilia q̄ rum vni moueret velocius. z aliud tardius. sit ergo ipsum nūc. nan̄ quo aliqd̄ velocius motum p̄transeat magnitudinem. a. b. z tardius in equali scz nūc. n. mouetur p̄ minorem magnitudinē que sit. a. g. sed velocius idem sp̄acium. a. g. p̄tranlit in minori q̄ tardius. cū tardius mouebat p̄ magni tudinem. a. g. in toto ipso nūc. sequit q̄ velocius mouebitur s̄m eandē ma gnitudinē in minori q̄ in nūc. ergo nūc diuideret. qd̄ est impossibile. z p̄ cōse quens aliquid nō p̄t moueri in nūc. **C**onclusio quarta. Impossibile ē aliquid quiescere in nūc. Probat̄ tribz rōnibz. Prima est. illud quiescit qd̄ natum est moueri. z s̄m illam partē et eodem mō quo natū est moueri. euz quies sit p̄uatio motus. sed ostensum est q̄ nihil aptum natum est moueri in ipso nūc. ergo nihil quiescit in nūc. **S**ecūda rō est. qd̄ mouet̄ in aliquo toto tpe mouet̄ in qualibz parte illius tps̄ in quo natū est moueri. z s̄līter qd̄ quiescit in aliquo toto tpe quiescit in qualibz parte illi tps̄ in qua na tum est quiescere. sed idēz nūc est in duobz tps̄ in quoz vno toto quiescit et in altero toto mouet̄. sicut apparet in eo qd̄ post quietēz mouet̄ z post mo tum quiescit. si ergo in nūc aliquid natū est quiescere z moueri. sequit q̄ ali quod simul quiescit z mouebit̄. quod est impossibile. **T**ercia rō est. illud dicimus quiescere qd̄ se habet similiter nūc z p̄us z s̄m se totuz z s̄m suas partes. Et moueri qd̄ dissit̄ se h̄z vel s̄m locū vel s̄m q̄ritatē vel qualitatē sed in ipso nūc non est aliquid p̄us. cū esset diuisibile. ergo nō contingit in in nūc aliquid quiescere. **E**t quo patz q̄ necesse est omne quod mouetur z omne qd̄ quiescit moueri z quiescere in tempore

Ad ratiōes. Ante oppositū. Ad p̄mā dicit̄. q̄ tempus p̄e sens nō dicit̄ nūc per se p̄mo. sed solū s̄m altes rum. scz per ipm̄ nūc indiuisibile. Ad secūda d̄r. q̄ generatio z corruptio z illuminatio medij nō sūt mor̄ capiendo motū s̄trictē. p̄ qd̄ a specie mu rationis. z hoc si accipiant̄ s̄m̄ suas rōnes p̄p̄ias. z ideo nō sunt in tpe. sed in termino tps̄. sicut em̄ sunt termini motuū. ita sunt termini tps̄.

Physicorum

Ad ultimā dicit q̄ habitus ⁊ priuatio includunt cōtradictōne circa su
cepibile habitus vbi q̄ ⁊ s̄m q̄ aprū natū est habere habitū ⁊ aliqd̄ cas
ret visu tpe quo nō est natū habere visum vt canis ante nonū diē aut in ea
parte qua natū est habere sicut si nō haberet visus in pede vel in manu aut
eo modo quo nō est natū habere vt si homo non videat in capite nō p̄ter
hoc dicit esse priuatus visu modo ostensum est q̄ nihil aprū natū est mos
ueri in ip̄o nunc ideo nō seq̄tur q̄ aliqd̄ possit quiescere in nunc.

Uod mutatur autem omne. necesse est diuisibile eē
Quoniā em̄ ex quodaz in quoddā omnis mutatio.
et cum quidem sit in hoc in quod mutatū est non am
plius mutatur. Tum autem in eo ex quo totū est. ⁊ ip̄m ⁊ par
tes omnes non mutantur. Ex enim similiter se habent et
ip̄m ⁊ partes omnes non mutantur. Necesse igitur hoc qui
dem aliquid in hoc esse aliud vero in altero mutantis. Non
em̄ in vtrūq̄ neq̄ in neutro possibile est esse. Dico autem ī
quod mutat primū s̄m mutatiōnem. vt ex albo in fuscum nō
in nigrum. Non em̄ necesse est quod mutatur in quocunq̄
esse vltimoz. Manifestū igitur est. q̄ omne quod mutatur
erit diuisibile.

Querit̄ Vtrū om̄e qd̄ mutat sit diuisibile. Arguit q̄ nō. quia
motus ⁊ mobile cōsimiliter diuidūtur sed sunt quedaz
mutatiōes indiuisibiles scz generatio ⁊ corruptio. ⁊ illuminatio. mediū ḡ nō
oē qd̄ mutat est diuisibile Sed sic si oē qd̄ mouet eēt diuisibile hoc eēt
qz ip̄m esset p̄ti in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem. sed hoc nō
est necesse. primo quia illud qd̄ mouet s̄m se totū p̄t esse in medio sine h̄ q̄
aliqd̄ sui habeat ī aliq̄ extremoz illd̄ enā qd̄ mutat p̄ alteratiōes s̄m totū sit
alterat. ḡ ⁊ c. In oppositū est p̄hs in textu hū libi. p̄ responsione.

Sciendū p̄mo. q̄ postq̄ p̄hs oīdit q̄ in nunc nihil mouet aut quiescit
er p̄ p̄sequēs q̄ oīs motus est in tpe. Loquenter oīdit q̄ om̄e qd̄ mutat
est diuisibile vt ex istis duobus p̄cedat ad diuisionem motus

Sciendū secūdo. Q̄ oīs mutatio est ex quodā termino in quēdā ter
minū. Sed quilibet illoz duplex est scz p̄pinquus ⁊ vltimus. Terminus
ad quē vltim⁹ ē quo habito cessat motus vel ad quē p̄tingit p̄ mediū.
Alius est p̄pinquus ⁊ est quo acquirit vltim⁹ termin⁹. vt q̄n aliqd̄ de nis
gro in albū mutat. vltim⁹ termin⁹ albū ē p̄pinquus vero fuscū. Sicut ter
minus a quo primus est a quo simpliciter incipit motus sic q̄ ante nō erat
sed termin⁹ a quo p̄pinquus est qui est p̄pinquoz vltimo termino vñ loquē
do de istis terminis p̄pinq̄s inter terminos extremos ⁊ nō de extremis sim
pliciter intelligit q̄ in motu permixti sunt termini. qz mediū inter duos ex
trema rōnē habet vtriusq̄ quia participat vtrūq̄ terminū.

Coelutio. Om̄e qd̄ mutat ē diuisibile. p̄bat qz oīs mutatio est ex quo
dant in quodā. sed q̄n mobile mutat nō est s̄m se totū ⁊ suas p̄tes in ter

Sextus liber

mino a quo quia sic diceret quiescere. nec sibi se totū et partes suas in termino ad quē. quia mobile quā est in termino ad quē nō amplius mutat nec p̄ dicit quā mutat sibi se totū et partes sit simpliciter in utroque termino. quia sic eōtraria vel cōtradictoria simul essent in eodem cū termini motus sint cōtrarij vel cōtradictorij. Nec pōt dicit quā mutat simpliciter est in neutro terminorū. quia quō mutat nō subito recedit a termino a quo sed pars post partem et cū vna pars egredit a termino a quo ingredit sibi alia pars terminū ad quē. ut patet in motu locali. et hoc intelligēdo de termino ad quē nō vltimo simpliciter. s̄ omne mutabile dum mutat partē est in termino a quo et partem in termino ad quē. Sed quō h̄z partē et partē est diuisibile. s̄ oē mutabile ē diuisibile. S̄ circa h̄ dubitat Auerrois. Utrū de mutabili sibi quā litter mutatōem intelligat p̄ h̄ conclusio nē si dicat quā nō tunc demonstratio non est artificiosa quia est particularis. nec potest dicit quā sic. quia quedā sūt mutatio nes indiuisibiles inter quāz extrema nō cadit mediū quē in illis deōstratio nō pōt habere locū. Ad hanc rōnē ponit Auerrois plures rōnes.

Prima est Alexandri dicētis. quā nulla transmutatio est indiuisibilis aut in non tpe. sed hoc est p̄tra dicta Aresto. et aliorū peripateticorū. Secūda ē Theophrasti dicētis quā sit aliqua transmutatio in non tpe tū nos later modo Aresto. solum loquit de his que sunt nobis manifesta. Tercia ē Anempeze dicētis quā hic Aresto. nō intendit de diuisione mutabilis sibi pres̄ quā citat tuas eius. sed de diuisione quā diuidit subiectū p̄ accidentia p̄traria de quozum vno mutat in alterū. Quarta ē p̄tra rōis Auerrois quā ille mutatōnes que sunt in non tpe sunt termini quozūdā motuū diuisibilitū. id dicit quā illis mutatōnibz accidit terminari in non tpe quā accidit motus terminari in instanti. Et quā illud quō est p̄ accidens p̄termittit in demōstratōnibz. id Aresto loquitur ac si oīs motus esset diuisibilis in tpe. S̄ ut dicit sanctus Thomas p̄dicta diuisio de mutatōnibz in diuisibilibz nō ē ad p̄positū. quā h̄ Aresto. nō intendit ostendere diuisionē mutabilis ex diuisione motus s̄ eōtraria ex diuisione mutabilis diuisionē motus quā diuisio prius est in mobili quā in motu. vñ si ex diuisione mutatōis veller ostendere diuisionē mutabilis et postea eōtraria cōmitteret circulationē. Dicit s̄ sanctus Thomas. quā omne mutabile sibi qualiter mutatōem est diuisibile et p̄ h̄z in termino a quo et partē in termino ad quē s̄ hoc ē diuersimode in diuersis mutatōnibz. quā in illis inter quoz extrema ē aliqd mediū mutabile prius ē in termino a quo et partem in termino ad quē sibi ipsa extrema s̄ in his inter quā nō cadit mediū mutabile partē ē in vno termino et partē in alio nō sibi ipsa extrema. s̄ sibi aliqd eis adiūctū ut dū materia aque mutat de p̄uatōe ad formā ignis dū est i ipō mutari ex sui p̄uatōne sibi seipam sibi p̄cē ē sub forma ignis. nō sibi seipam s̄ sibi dispositōem quā nec ē dispositōem h̄c an̄q̄ formā ignis recipiat et sic mutabile in qualiter mutatōe oportet esse diuisibile. quā quāz ali que mutatōnes sunt sibi se indiuisibiles adiūgit tū motus successiuo s̄ eē et hoc mō intelligit quō infra d̄z quā oīs mutatio ē diuisibilis et oē quō general prius generabat et quō corrūpit prius corrūpebat et hoc mō p̄t intelligi dem Alexandri dicētis oēm mutatōem eē diuisibile vñ sibi seipam vñ sibi motū sibi adiūctū. Dubitat sc̄do. Utrū ista diuisio qua dicit mutabile esse partem in termino a quo et partem in termino ad quē intelligat sibi pres̄ in

Physicorum

regales aut fm partes terminoz motus. Rñdent aliqui q̄ sumēda ē fm
pres terminoz ita q̄ dum aqua calefit nō est intelligendū q̄ aliq̄ ps quā:
rarius eius sit calida ⁊ alia adhuc frigida imo tota calefit. Et q̄ in min⁹
calido est pmixtio frigiditatis. id ēz mobile esse prim⁹ in termino a quo ⁊ p
rim⁹ i termino ad quē fm pres terminoz mor⁹ ⁊ pbabāt q̄ in de sensu ⁊ sen
sato dicit q̄ nō sūt se hz mobile in alteratōne ⁊ latōne. q̄ in alteratōne to
rum sit alterat⁹ recedendo de vno termino ⁊ accedendo ad alterū hz in latō
ne pars post partē mouet ita q̄ p̄ma ps mobilis prius ingredit terminuz
ad quē q̄ secūda. Sed hec responsio vt dicit sanctus Thomas nō videt
esse de intentōne Aresto. sic dicētis in textu. Necessē igit̄ hoc quidē aliqd̄ i
hoc esse. aliud vero in altero mutantis. Ex quibz verbis apparet q̄ hanc
diuisionē attendit fm pres q̄sitaritias mobilis. ⁊ ideo dicēdū est q̄ in hoc
sermo agit de motu fm q̄ est cōtinuus. Et cōtinuitas p se reperit in motu
locali qui solus pōt esse cōtinuus ⁊ regularis vt in octauo hui⁹ dicit. id
demonstratio Aresto. simpliciter pertinet ad motū localem ⁊ ad alios mo
tus ex psequenti inq̄rum aliqd̄ cōtinuitatis participant ⁊ etiam q̄a omne
mobile fm alios motus est etiam mobile localiter sed in mobili localit̄ ina
nifestum est q̄ dum mouetur habet partem in termino a quo ⁊ partem i ter
mino ad quē p̄rio. Et iā intelligendo de partibz mobil⁹ ideo ex ista demon
stratōne potest concludi generaliter q̄ omne mobile est diuisibile.

Ad rōnes ante oppositū. Ad primā dicit q̄ licet ille mutato
nes fm se accepte sint indiuisibiles tñ fm esse q̄
habent in mutabili adiuncte sunt moribus successiuis vt generatio ⁊ cor
ruptio alterationis ⁊ illuminatio mediū motu locali. Ad secūda dicitur
q̄ omne mobile esse partim in termino a quo ⁊ partim in termino ad quē
non est intelligendū de extremis simpliciter sed p̄p̄inquis et in illis extre
mis est fm quandā participatōem ⁊ non simpliciter. Et q̄suis in alteratō
ne aliquod mobile potest fm se totū alterari tñ alteratio p̄us sit fm vnam
partē q̄ aliā in p̄ncipio alteratōis vlt̄imus i vna q̄ i alia.

Motus at̄ ē diuisibilis dupl̄r. Vno q̄dē mō tpe Alio vero
fm partū illius qd̄ mouet motus. vt si ipm. a. c. mouet totū
et a. b. mouebit̄ ⁊. b. e. Sit igit̄ ip̄ius quidē. a. b. qui est. d. e.
ip̄ius. b. c. qui est. e. ⁊. motus partū Necessē est igit̄ totū in q̄
est d ⁊ ip̄ius a c esse motum Mouebit̄ em̄ fm hunc qm̄ qui
dem vtraqz partū mouebit̄ fm vtraqz Nulla em̄ mouebit̄
fm alterius motū Quare ⁊ totus motus totius est magnitu
dinis motus Amplius at̄ si oīs mot⁹ alicui⁹ ē. tot⁹ aut̄ mo
tus q̄ ē psequēter d ⁊ neqz partū ē neutre. ps em̄ vtraqz neqz al
terius nullius Cui⁹ em̄ tot⁹ tot⁹ ⁊ ptes partū sūt. ptes autez
ip̄ius d. ⁊ sūt ip̄az q̄ sūt a b c ⁊ nullaz aliaz. Plurimū enim non
erat vnus motus ⁊ vtrqz tot⁹ motus erit ip̄ius a b c magni
tudinis Amplius aut̄ si quidē ē totius alius mot⁹ vt in quo

Sextus liber

e. i. remonebitur ab eo. quia vtrūq; partium motus. **Dij** autē equales erant his que sunt. d. e. z. vnus em̄ vnus motus. Quare si totus quidem diuidet. qui est. r. i. in partū motus. equalis erit q̄ est. r. i. ei que est. d. z. **Si** vero deficit aliquid. vt quod est. k. l. **Hic** nullius erit motus. neq; em̄ totius neq; partium propter id quod vnus vnus est. neq; alterius nullius est **Continuus** em̄ motus est continuoz quorundaz **Similiter** autē est. z si excellat fm̄ diuisionem. Quare si hoc impossibile est necesse eundem esse z equalē. **Hec** quidē igitur diuisio fm̄ partium motus est. et necesse omnis esse p̄bilis ip̄m **Alius** autem fm̄ tempus. Quoniā em̄ omnis motus in tempore **Tempus** autē omne diuisibile est. in minorū autem minor motus. necesse est omnē diuidi motuz fm̄ tempus. Quoniā autem omne quod mouet. in aliquo mouetur et quodaz tempore. z omnis est motus. necesse est easdem diuisiones esse temporis z motus. z ipsius moueri z quod mouetur. z in quo motus est. sed non omnīū similiter est. in quibus motus est. sed quanti quidem fm̄ seip̄m. qualis autē fm̄ accidens **Accipiat** em̄ tempus in quo mouetur. in quo sit a. et motus in quo. b. **Si** igit per totū in omni motū est tempore. i medio per minorē z iterū hoc diuiso per minorē huic et sic sp̄ **Similiter** autē z si motus diuisibilis sit. z tps̄ diuisibile. **Si** cī p̄ totū in omī p̄ mediū in medio. z iterū p̄ minorē in minori. **Eodem** autē modo z ip̄m moueri diuidet **Sit**. n. in quo est. c. ip̄m moueri. **Scdm̄** igitur mediū motuz minor erit toto z iterū fm̄ medietatis mediū z sic semper. **Est** autē et ponentem fm̄ vtrūq; motū ip̄m moueri vt fm̄. d. c. z. c. e. dicere q̄ totū erit fm̄ totum **Si** namq; aliud plus erit ipsum moueri fm̄ eundem motū. sicut determinauimus. z motum diuisibilem in partium motus esse **Accepto** em̄ ip̄o moueri fm̄ vtrūq; cōtinuū erit totum. **Similiter** at demonstrabitur et longitudo diuisibilis. z oīno illud omne in quo est mutatio preter quedam. que fm̄ accidens **Quod**. n. mutat est diuisibile. vno em̄ diuiso oīa diuident et in ip̄o finita esse aut in finita similiter se habebit de oībus **Secutū** autē maxime est diuidi omnia z infinita esse ab ip̄o mutante. **Hoc**. n. inest

Physicorum.

mutanti diuisibile et infinitum Diuisibile quidem igitur ostensum est
pus Infinitum autem in sequentibus erit manifestum

Querit Verum ista quae diuidant scilicet mobile motus tempus
mouere et illud in quo est motus Arguit primo quod non
quod motus solus est diuisibilis dupliciter. ut dicitur in textu. scilicet ad diuisionem mobilis
et temporis. ergo non diuiditur illis quatuor. Secundo sic. omnis motus est diuisibilis
illis. sed non omne illud in quo est motus est diuisibile. ut patet de qualitate. § 22

Tercio sic. illorum quae non est eadem quantitas. ergo nec eadem diuisio. et per
hanc non diuiduntur In oppositum est philosophus in textu Pro responsione

¶ Sciendum primo. quod postquam Aristoteles permittit aliqua necessaria ualentia ad cogitandum
noscedum diuisionem motus in partes quantitatiuas Consequenter agit de illa di
uisione motus ostendendo quot modis diuiditur motus et quae sunt illa quae mo
tū diuiduntur. ¶ Sciendum secundo. quod omne diuisibile in partes quantitatiuas
oportet esse quantum et extensum uel per se uel per accidens. ad extensionem autem alicuius
forme requiritur quod sit in alia et alia parte sit in alia et alia parte suae materiae et non
tota simpliciter in qualiter praesens sicut in aliquo subiecto albo. alia pars albedinis est
in una parte subiecti. et alia in alia. requiritur etiam quod extensio talis forme sit equi
lis extensioni materiae uel subiecti. ¶ Quia istis sequitur quod anima rationalis non est
forma extensa. quod est tota in toto corpore et in qualiter praesens. sed qualiter motus
est forma extensa. quod non est totus in qualiter praesens mobilis. sed in alia et alia
parte est alia et alia pars motus. et extensio motus equalis est extensioni mobilis.

¶ Sciendum tertio. quod motus dupliciter diuiditur. Uno modo secundum tempus. quod omnis
motus est in tempore. Alio modo secundum partes mobilis. et haec diuisio fit dupliciter intelli
gitur. Uno modo sic quod una pars mobilis post aliam moueat. et hoc modo intelligitur non
per diuisionem motus in illo mobili quod sit se totum simul moueat nisi attendere
positas motus unius partis mobilis ad motum alterius partis in ordine ad aliam
quod signum per quod pars accipit una pars mobilis quae alia. Alio modo per intelligitur talis
diuisio secundum extensionem motus quam habet ad extensionem mobilis. ita quod sicut
totus motus est totus mobilis. sic etiam cuiuslibet partis mobilis alicuius est
aliqua pars motus. et hoc modo intelligitur philosophus motum diuidi ad diuisionem mo
bilis quoniam distinguit diuisionem motus sumptam ex parte mobilis a diuisione mo
tus sumptam a diuisione mobilis ¶ Conclusio prima. Motus diuiditur
mobili. Probat philosophus tripliciter. Primo. quod sicut totus motus est totus mobi
lis. ita partes motus sunt partium mobilis. Verbi gratia. sit mobile. a. c. cuius
partes sunt. a. b. et. b. c. et totus motus sit. d. z. cuius partes sunt. d. e. et
e. z. sicut ergo totus motus. d. z. est totus mobilis. a. c. ita pars motus. d. e.
est partis mobilis. a. b. et alia pars. e. z. est partis. b. c. ergo motus compositus diuiditur
mobili. Secunda ratio est ista. nam omnis motus est alicuius mobilis. ergo
totus motus. d. z. est alicuius mobilis. et non est alicuius partis ipsius. a. c. quod
tunc totum mobile. a. c. moueret ad motum illius partis. et sic non moueretur
per se primo sed secundum alterum. ergo oportet dicere quod ille totus motus est to
tus mobilis. et per consequens partes illius motus sunt partium mobilis. quod
non potest dici quod una pars moueat motum alterius partis. eo quod in omnibus
quod mouetur necesse est esse aliquem motum. ut dictum est. Tercia ratio
est. uel totus motus adequatur partibus mobilis. uel eas excedit. uel ab il
l

Sextus liber

lis exceditur Si p̄mū haberetur intentum. Si secūndum tunc capiatur illud in quo excellit. ergo s̄m illud nulla pars mobilis mouetur. quare necq̄ totum. et sic aliquis motus erit s̄m quem nihil mouebitur. q̄ non potest dici q̄ s̄m illud excellens aliquid mobile moueatur. quia totus ille motus intelligitur esse p̄tinuus. quare non potest esse diversorū mobilitum. Si vero dicat̄ tertiū. cū totum mobile supponat̄ moueri. illa pars mobilis excellens moueret̄ sine motu. quod est impossibile. ¶ **Conclusio secūda.** Motus p̄ diuidit̄ tempore. Parz q̄ sicut aliquis totus motus est in aliquo toto tpe. ita z partes illius motus sunt in partibz illius t̄pis. ergo motus cōs̄ diuidit̄ t̄pi. ¶ **Conclusio tertia.** Motus z moueri p̄ similit̄ diuidunt̄. Probat̄. q̄ sicut totus motus toti mobili tribuit̄ moueri. ita z partes motus partibz mobilis alias vel s̄m aliquā partē mobilis nihil moueret̄ vel aliquid moueret̄. z t̄m s̄m nullum motum. ¶ **Conclusio quarta.** Motus z id in quo motus est p̄ diuidit̄. Et p̄ illud in quo est motus intelligitur forma vel dispositio s̄m quā p̄ se ē motus. z nō p̄ accidens. Probat̄ conclusio. q̄ si aliqd̄ mobile toto motu transit̄ aliqd̄ spacij. tūc s̄m partez illius motus transiunt̄ partē illius spacij. z similit̄ dicitur de motu s̄m q̄litate. Differentia t̄m est in hoc vt̄ dicit̄ in textu. q̄ aliqua eorū ad que est motus sunt per se diuisibilia. vt̄ de motu s̄m locum z s̄m q̄litate aliqua p̄ accidens t̄m. vt̄ de motu s̄m q̄litate. ¶ **Et si querat̄ cui istoz p̄mo p̄uenit̄ diuisio.** Respondet̄ p̄hus. q̄ mobili. q̄ p̄mo z p̄ se est q̄trum. Alia p̄ q̄litate accipiūt̄ ab eo. quare z diuisione z finitatem z infinitatem.

¶ **Dubitat̄.** vtrū sit eadem diuisio qua motus p̄ diuidit̄ illis quatuor. Respondet̄ p̄hus. q̄ si sit eadē q̄litas est eadē diuisio. si aut̄ nō est eadem diuisio modo manifestū est q̄ nō est eadem q̄litas. q̄ q̄litas quā habet motus ad extensionem mobilis est p̄manens. eo q̄ omnes partes mobilis s̄m mul̄ mouēt̄. sed q̄litas quaz habet a tpe successiua est. q̄ istius q̄litate vna pars nō est simul cū alia. z sic nō est eadē diuisio qua diuiditur motus ad diuisiones mobilis z tempore

Ad rōnes ante oppositum. Ad p̄mam dicit̄. q̄ in genere duplex est diuisio motus. q̄ in omni diuisione motus partes simul sunt. et hanc diuisionem motus capit̄ ab extensione mobilis vel partes sibi inuicē succedunt. z hanc capit̄ a tempore. z hec duplex diuisio p̄formiter reperitur in moueri z in eo in quo est motus. Ad alias partz solutio ex dictis.

¶ Voniā aut̄ om̄e qd̄ mutat̄ ex quodā in aliqd̄ mutat̄. necesse est qd̄ mutatur. cū mutatū est esse in quo mutatur est. Nō mutat̄ em̄ ex q̄ mutatur distat. aut̄ deficit̄ ip̄m z aut̄ idem ē mutari z deficere. aut̄ seq̄tur ad mutari ip̄m deficere. Nā qd̄ ē mutatū esse defecisse s̄l̄iter em̄. vtrūq̄ se hz ad vtrū q̄. Om̄ ergo vna mutatio numeri est s̄m p̄t̄adictionem. quā mutatū ē ab eo qd̄ nō est inesse deficit̄ nō ens. erit̄ igit̄ inesse.

Physicorum

Omne enim necesse est esse aut non esse Manifestum igitur quod in mutatione secundum contradictionem quod mutatum est erit in quo mutatur est. si autem in hac et in alijs est sicut enim in una et in alijs Amplius autem et secundum unamquamque accipientibus manifestum est. si quidem necesse est quod mutatum esse alicubi ex quo mutatum est. aut in aliquo Quoniam autem ex quo mutatum est deficit. necesse est autem esse alicubi. aut in hoc aut in alio erit. Si quidem igitur in alio ut in ipso. c. quod in ipso b mutatum est iterum ex. c. mutat in. b. Non enim. c. erit habitum ipsi. b. Mutatio enim continua est Quare quod mutatum est quando mutatum est mutat in quod mutatum est. hoc autem est impossibile Necesse est ergo quod mutatum est esse in hoc quod mutatur est. Manifestum igitur est et quod factum est cum factum est erit. et quod corruptum est non erit Aliter enim dictum est et de omni mutatione. et maxime est manifestum in ea quod est secundum contradictionem Quod quidem igitur quod mutatum est cum mutatum est primo in illo est manifestum est In quo autem primo mutatum est quod mutatum est necesse est a seipsum esse. Dico autem primum quod non per alterum. aliquid ipsius esse huiusmodi sit Sic igitur divisibile quod est. a. c. et dividat secundum. b. si quidem igitur in. a. b. mutatur est aut iterum in. b. c. non utique in primo quod est. a. c. quod mutatum est erit. si autem transmutabat in utroque necesse est in utroque transmutatum esse. aut transmutari. et utique in toto transmutabat. sed erat mutatum. Eadem autem ratio et si in hoc quidem mutat in hoc autem mutatum est Erit enim aliquid primo prius Quare non erit utique divisibile in quo mutatum est. Manifestum est igitur quia et quod corruptum est et quod factum est in a seipso. hoc quidem corruptum. hoc autem factum est Dicitur autem in quo primo mutatum est dupliciter. Aliud quidem in quo primo perfecta est mutatio. Tunc enim verum est dicere quod mutatum est. Aliud vero in quo primo cepit mutari. Secundum quidem igitur finem mutationis quod primum dicitur existit et est contingit enim perfici mutationem. et est mutationis finis. quod ostensus est indivisibile esse. propter id quod finis est. Quod autem secundum principium omnino non est. non enim principium est mutationis. neque in quo primo quis mutabat. Sic enim primum in quo sit. a. d. hoc igitur indivisibile quod non est accidit enim habitum esse ipsa nunc. Amplius si in. c. a. tunc omni quiescit. ponat

Sextus liber.

em̄ quiescēs z in. a. quiescit Quare si impartibile est. a. d. sit
inul quiescit z mutatu erit In. a. quide em̄ quiescit. in d aut
mutatu est. qm̄ aut nō est impartibile. necesse est diuisibile esse
et in quolibet huius mutatu esse. diuiso em̄ ipso a d. si qui/
dem in neutro mutatu est. neq; in toto est a d. si aut in abob
mutat z in om̄i. si vero in altero tm̄ mutatu est nō in toto p/
mo Quare necesse est in qlibet mutatu esse. Manifestu igit
est q; nō est in quo pmo mutatu est. infinite em̄ diuisiōes sūt
Neq; itaq; in eo qd mutatu est qd pus est qd mutatu est. sit
em̄ d igit qd pmo mutatu est ipsius d e omne diuisibile esse
demonstratu est qd mutat Tempus aut in quo. d. 3. mutatu
est. sit in quo et i. si ergo in om̄i d 3 mutatu est medio minus ē
qd mutatu ē. z pus est ipso d 3. Et iteru hoc aliud z illo alte/
rum. z sic semp quare nihil erit pmu mutatis qd mutatu ē.
Qd igit neq; in eo qd mutat neq; in quo mutat tpe. nihil p
us sit. Manifestu ex his que dicta sunt. Ipsum aut qd mu/
tat aut fm̄ qd mutat nō etiā similiter se habebit Tria nanq;
sunt que dicuntur fm̄ mutatiōem qd mutat z in quo. z in qd
mutat. vt hō. tempus. z albū. hō qdem igit z tempus diui/
sibilia sunt. De albo aut alia rō est ppter qd fm̄ accidēs om
nia diuisibilia sunt cui em̄ accidit albū aut quale. illud diui/
sibile est. Quoniā qcumq; diuidūtur fm̄ seipsa diuisibilia et
nō fm̄ accidēs. neq; in his erit pmu. vt in magnitudinib; sit
em̄ in qua est a b magnitudo. motu aut sit ex b i c. pmu igit
si qdem indiuisibile erit b c impartibile impartibili erit p̄iuc/
tum si vero diuisibile erit aliquid ipso c prius in qd mutatu
est et in illo iteru aliud. z sic semp ppter id qd nullo mō desi
cit diuisio in b si pmo motu sit a b in c. Quare nō erit pmuz
in qd mutatu est. Similiter aut z in q̄ritatis mutatiōe. z hec q̄
de em̄ in p̄tinuo est. manifestu igit q; in sola mutatiōe que est
fm̄ qualitate p̄tingit indiuisibile per se esse

Querit Utrū in motu sit dabile pmu mutatu esse Arguit
em̄ pmo q; sic. q; ybi. Aresto. demonstrat omne mutabile
esse diuisibile sic dicit. Dico aut pmu in quo mutatur fm̄ mutatiōe. Ex
quib; p̄bis videt dicere q; in motu est dare id in quo est pmu mutatu esse
Sebo sic. dabile est pmu non esse motus a parte post. sed tale nō esse est
pmu mutatu esse. q; tūc nō mutat mobile z an mutat. q; in motu est dabile

Physicorum

primū mutari esse. Tercio sic mutari esse est terminus ipsius mutari; dabile est prima pars motus. Item dabile est primū mutari esse. In oppositum est phis in textu. Pro ratione. Sciendum primo quod postquam phis tractavit de divisione motus. Consequenter agit de ordine partium motus inquirendo an in motu sit dare partem motus sive primū mutari esse. Et primo supponit quod omnis motus est ex quodā in quoddam. et terminus a quo se abijcit et terminus ad quem semper acquiritur. Conclusio prima. Necessario est omne mobile quod mutari est esse in termino ad quem. Pro cuius probatio supponit phis quod mutari distare seu deficere a termino a quo idem sunt subiecto. et sicut mutari esse et defecisse differunt in ratione. quod mutari dicitur per respectum ad terminum ad quem distare vero per respectum a termino a quo. Tunc arguitur sic sicut est in mutacione secundum contrarietatem ita est in alijs. Sed in mutacione secundum contrarietatem defecisse ab uno termino est esse in alio. Item cum mutari esse sit idem quod defecisse a termino a quo sequitur quod in tali mutacione mutari esse est esse in termino ad quem. et per hanc ita est in alijs mutacionibus. Item cum aliquid mutari est. vel est in termino a quo vel in termino ad quem vel in intermedio. non in termino a quo. quod mutari esse est defecisse a termino a quo. nec in intermedio. quia in eo mutat ad terminum ad quem. sed impossibile est aliquid simul mutari et mutari esse. Item mobile cum mutari est. est in termino ad quem. Ex ista conclusionem sequitur quod omne factum quod est factum est. et quod corruptum est non est. pars quod terminus ad quem generacionis est esse. et terminus corruptionis non esse. Sequitur secundo quod mutari esse presupponit mutari. sicut terminus presupponit id cuius est terminus. Sequitur tertio quod sicut in motu est dabile duplex terminus ad quem. scilicet ultimum simpliciter. quod habito cessat motus. et proximum quod non est ultimum simpliciter. sed solum respectu partis precedentis. ita etiam est dabile duplex mutari esse. scilicet completum et imperfectum seu incompletum. perfectum est in fine motus. sed imperfectum est in aliquo intermedio inter terminum a quo et terminum ad quem simpliciter ultimum. et tale mutari esse incompletum non est in motu secundum actum sed solum in potentia. et infinita sunt talia mutata esse in motu secundum potentiam. quod qui libet motus divisibilis est in infinitas partes loquendo de partibus eiusdem portiois et non eiusdem quantitatatis. Conclusio secunda. Mutari esse est in indivisibili remporis. pro quod si non sit ita deuter tempus divisibile in quod aliquid sit mutari. et sit illud tempus a. c. cuius una pars sit a. b. et alia b. c. vel illud quod mutatum est in tempore a. c. mutari est in qualibet parte eius vel in una mutari. et in alia mutari est. vel in neutra si in quolibet parte sequitur quod prius mutari est in una parte quod in toto. Item totum tempus non erat primum in quod mutari est. Nec pro dicitur quod tunc non esset mutari in toto tempore primo. sed solum quod alicuius partis. si dicatur quod in neutra sequitur neque quod in toto. Item si possibile est id in quod aliquid mutari est esse tempus divisibile. et sic oportet quod sit in indivisibili tempore quod non est tempus. sed terminus eius sicut mutari esse non est motus sed terminus eius. Ex hac conclusionem sequitur quod omne quod est factum vel corruptum factum est vel corruptum in indivisibili tempore. Conclusio tertia. In motu dabile est primum mutari esse completum. pro quod omnis motus est finitus. Item in omni motu dabile est ultimum terminus simpliciter completus et tale est mutari esse completum. Conclusio quarta. Dividendo motum in partes eiusdem quantitatatis in motu est dabile primum mutari esse incompletum. quod primum mutari esse incompletum est terminus prime partis motus. sed hoc modo dividendo motum dabile est prima pars motus. Item primum mutari esse incompletum. Conclusio quinta. Dividendo motum in partes eiusdem portiois

Sextus liber

nis in eo nō potest dari primū mutātū esse incōpletū. pbat p̄hs ex pre t̄p̄is
mobilis. z termini ad quē. Ex pre t̄p̄is. qz si detur primū mutātū esse imp̄
fectū def t̄p̄is in quo est tale primū mutātū esse. q̄ illud est diuisibile vel indi
uisibile. si indiuisibile oportebit illud esse cōiunctū p̄mo indiuisibili t̄p̄is in
quo mobile inceptū mutari. z sic indiuisibilia erunt imediata in t̄p̄e. qd̄ im̄
probatū est prius. Si sit diuisibile diuidat̄ in duas partes. vel q̄ in vtraqz
mutātū est vel in neutra vel in vna mutat̄ z in alia mutātū est. si in vtraqz
sequit̄ q̄ mutātū esse in toto t̄p̄e p̄supponit mutātū esse in p̄ma pre. q̄ non
erat datū p̄mū mutātū esse. Si in neutra sequit̄ q̄ nec in toto mutātū ē si
vna mutat̄ z in alia mutātū est. qz solū mutātū est in eo rōne vnius partis
sequit̄ q̄ illud t̄p̄is non fuit p̄mū in quo mutātū est. Itē si vna pre sit muta
tū cū omne mutari sit diuisibile sicut motus z cuiuslibet p̄is motus sit mut
tātū esse sequit̄ q̄ illud mutātū esse nō erat p̄mū. Secūdo patet ex pre mo
bilis. qz in mobili nō est dare p̄mā pre que mutata sit. q̄ nec p̄ma ps mo
tus. qz si dicat̄ oppositū detur t̄p̄is in quo mutata sit illa ps. cū tale t̄p̄is non
sit indiuisibile. sequit̄ in medio illius t̄p̄is vna pars illius t̄p̄is prius muta
ta est q̄ tota in toto tempore. z cū illud t̄p̄is sit diuisibile in infinitū. z similt
er illa pars mobilis sequit̄ q̄ in mobili nō sit dabilis prima pars q̄ primo
mutata sit. Si obiceret̄ q̄ oēs ptes illius mobilis sit moueant. R̄ndet̄ q̄ lz
alicui⁹ mobilis oēs ptes sit moueant. t̄m̄ in ordine ad aliq̄d signū vna ps
p̄us mouet̄ q̄ alia. z qz in mobili non est dare minimā pre. cū quelibet sit
diuisibilis ita nec p̄mā partē motus nec p̄mū mutātū esse. Tercia rō for̄
mat̄ de motu locali facto supra magnitudinē eo q̄ in motu fm̄ q̄litate for̄
ma fm̄ quā est motus nō est diuisibilis nisi fm̄ acc̄s. Et arguit̄ sic si def
aliqua magnitudo in qua sit aliq̄d p̄mū mutātū. vel est diuisibilis vel indi
uisibilis. si indiuisibilis. t̄m̄ indiuisibilia erūt imediata. si sit diuisibilis seq̄t̄
q̄ mobile p̄us mutātū est in pre q̄ in toto. z q̄ nō sit dabilis p̄ma ps mag
nitudinis supra quā sit mot⁹. nec etiā p̄ma pars motus nec p̄mū in q̄ mo
bile sit p̄mo mutātū. z sicut arguit̄ ex pre magnitudinis in motu locali. ita
p̄ argui ex pre q̄litate in altera rōne. q̄ licet q̄litas fm̄ essentia sit indiuis
ibilis. t̄m̄ fm̄ intentionē z remissionē ē diuisibilis fm̄ esse p̄cipatū in subiec
to fm̄ quā diuisione ē successio p̄tinuitatis in motu alteratōnis. z mēsurat̄
alteratio t̄p̄e z ē diuisibilis p̄ acc̄s ad extensionē subiecti sui.

Ad rōnes Ad p̄mā d̄: q̄ Aresto. in illa auctoritate accipit̄ p̄
mū in qd̄ mutātū ē mobile fm̄ ptes eiusdē q̄litas
tis z nō p̄portōnis. Secūda rō ē p̄ tertia p̄clusionē Ad tertia d̄: q̄ mutat̄
tū esse nec est motus nec ps eius sed termin⁹ mot⁹. z sic nō ē dabilis p̄ma
pars motus cum sit infinitus in diuisione. nec etiā primū mutātū esse.
Qm̄ aut̄ omne qd̄ mutat̄ in t̄p̄e mutat̄. Dicat̄ aut̄ in t̄p̄e muta
ri. z sicut in p̄mo z sicut fm̄ alterū. vt i anno. qz in die mutat̄
l̄q̄ primo t̄p̄e mutat̄ qd̄ mutat̄. z in qlibet h̄mōi necē mutari
manifestū igitur z ex definitōne p̄mi. p̄mū em̄ sic dixim⁹ Sz
ex his manifestū sit em̄ in quo primo mouet̄. qd̄ mouet̄. x. r. z
diuidatur fm̄ k. Omne em̄ t̄p̄is diuisibile est in. x. k. t̄p̄e aut̄

Physicorum

mouetur aut non mouetur in. k. r. sicut si quidem igitur in natura
tro mouetur quiescit itaque in omni. moueri enim in nullo eius
quod mouetur impossibile. si vero in altero solum mouetur
non utique in primo mouetur quod est r r fm enim utrumque motus
est necesse est igitur in quolibet ipsius r r motum ipsum esse
Ostenso autem hoc manifestum est quod omne quod mouetur. neces-
se est motum esse prius. si enim in r r primo tempore ipsum
k. l. mota est magnitudo. immediate que eque velociter mouetur
et simul inceptum est. medium erit motum. si autem eque velocius
eodem tempore motum est aliquid et alterum necesse eandem
motam esse magnitudinem. quare erit motum prius quod mo-
uetur. Amplius autem et si in omni tempore quod est r r motum
esse dicimus. aut omnino in quolibet tempore in accipien-
do ultimum ipsius temporis nunc hoc enim determinatum est et
medium ipsorum nunc tempus est. et in alijs similiter dicetur motum
esse. medietatis autem ultimum diuisio est. que et in medio motum
erit. et omnino in qualibet partium. semper enim simul diui-
sione. tempus est determinatum ab ipsis nunc si igitur omne tem-
pus diuisibile est. medium autem ipsorum nunc tempus est. om-
ne quod mutatur infinite mutatum erit. Amplius autem si con-
tinue quod mutatur et non corrumpitur neque pausat a muta-
tione aut mutari aut mutatum esse. necesse est in quolibet. in
ipso autem nunc non est mutari necesse mutatum esse fm unum/
quodque ipsorum nunc. quare si ipsa nunc infinita sunt necesse est
esse quod mutatur infinite mutatum esse. Non solum autem
quod mutat necesse est mutatum esse. sed etiam mutatum necesse est prius
mutari. Omne enim quod ex quodam in quiddam mutatum est. in
tempore mutatum est. Sic enim in ipso nunc ex a in b mutatum. ergo i eo/
de quod nunc in q est in ipso a non mutatum est. si enim esset i ipso a et in b
Quod enim mutatum est quod non est in hoc omnino est prius: si vero in alio
est in medio erit tempus. Non ei coniuncta erant tempora nunc Quoniam igitur in tempore
mutatum est tempus atque omnino diuisibile in medio alio erit mutatum et uterque in
illius medio alio. et sic se que mutabit prius Amplius autem in magni-
tudine manifestum est quod dicitur propter id quod continua est magnitudo in qua mutat
quod mutat Sic ei mutatum ex c i d Ergo si indiuisibile est ipsum c d. i
probabile erit ipsi probabili coniunctum quoniam atque impossibile est necesse est magnitudi-

Sextus liber.

nō eē q̄ interē z ī infinita diuisibile. Quare si illa mutat̄ pus
necē ergo oē qd̄ mutatū ē mutari pus. Eadē em̄ demonstra
tio ē in nō p̄tinuis vt ī p̄trarijs z p̄tradictōe. Accipiem̄ em̄
t̄ps in q̄ mutatū ē. z iterū eadē dicem̄. Quare necē ē muta
tū eē mutari pus. z qd̄ mutat̄ mutatū eē. z ē ip̄o mutari mu
tatū eē pus. Ip̄o at̄ mutatū eē mutari. z nullo mō p̄phēdit̄
p̄mū. Cā at̄ hui⁹ ē. nō eē imp̄tibile ip̄tibili p̄iūctū. In infi
nitū em̄ diuisio ē sicut in his q̄ augmētant̄ z minuūt̄ lineis.
Manifestū igit̄ qm̄ qd̄ factū ē necē ē fieri pus. z qd̄ sit factū
esse q̄cūqz diuisibilia z p̄tinua sūt. Nō t̄m sp̄ qd̄ sit factū ē sed
aliud aliq̄ vt illi⁹ aliqd̄. sicut dom⁹ sūdāmetū. Silt̄ at̄ z ī eo
qd̄ cor̄rūpit̄. z qd̄ cor̄ruptū ē. mox em̄ inest ei qd̄ sit. z qd̄ cor
rūpit̄ infinitū qd̄dā ē. cū sit p̄tinuū. s̄z nō ē in fieri nisi aliqd̄ fa
ctū sit pus. Neqz factū esse nisi fiat aliqd̄. silt̄ at̄ z ī cor̄rūpi
et incor̄ruptū esse. Semp̄ em̄ erit ip̄o cor̄rūpi cor̄ruptū esse
pus. Cor̄rupto at̄ esse cor̄rūpi. Manifestū igit̄ qz qd̄ factū ē
necē est fieri pus z qd̄ sit factū esse. Dis em̄ magnitudo z oē
t̄ps sp̄ diuisibilia sūt. Quare in q̄cūqz sit aliqd̄ nō erit vtiqz
sicut in primo.

Querit̄ Utz̄ ante om̄ne mutari sit mutatū esse. z an̄ oē mutatū
esse sit mutari. Ar̄. q̄ nō. q̄a si sic sequer̄ q̄ an̄ oē mutas
ri esset mutari. s̄z p̄ns est falsū. qz̄ dabilis ē p̄ma mederas mor⁹ an̄q̄ aliqd̄
est de motu Sec̄do sic. ois mor⁹ ē finitus a pre an̄. s̄z dabilis ē aliqd̄ ter⁹
m̄n⁹ mor⁹ a pre an̄. s̄z in motu nō sūt nisi mutari. z mutatū eē. s̄z in motu ē
dare p̄mū mutatū eē z p̄mū mutari Tercio sic. mutari se h̄z ad mutatū
esse sicut via ad terminū. s̄z non p̄t an̄ oē mutari dari aliqd̄ mutatū esse. q̄a
termin⁹ nō p̄cedit viā cui⁹ ē terminus In oppositū ē p̄hs in textu. Pro
rūsiōne Sciēdū ē p̄mo. qz̄ postq̄. p. osidit qz̄ in motu nō p̄t dari p̄mū
mutari. neqz p̄mū mutatū eē. Cōsequēter determinat de ordine ip̄oz ad in
uicē. P̄mo supponēs qz̄ oē qd̄ mutat̄ necē ē mutari in tpe. Et hoc dupl̄
p̄tingere p̄t sc̄z p̄mo z s̄m̄ alt̄ez. z s̄m̄ alt̄ez d̄z mutari qd̄ mutat̄ ī alio gr̄a
p̄tis vt in anno. qz̄ mutat̄ ī die. s̄z p̄mo d̄z mutari aliqd̄ in aliq̄ tpe qd̄ mutat̄
in q̄libet ei⁹ pre. qd̄ p̄bat p̄hs p̄mo p̄ definitōem hui⁹ qd̄ dicit̄ p̄mū. qz̄ p̄i
mū est qd̄ s̄m̄ se totū z nō rōe alicui⁹ p̄tis ē tale. Sec̄do nā si aliqd̄ mutat̄ in
aliq̄ tpe diuidat̄ illd̄ t̄ps ī duas p̄tes. v̄l̄ s̄z in q̄libet pre mutat̄. z sic habet̄ in
tentū. vel ī q̄libet d̄fēsit. z sic nō mutat̄ ī toto. vel ī vna mutat̄ z ī alia d̄fēsit
et sic nō mutat̄ ī toto illo tpe p̄mo s̄z solum s̄m̄ alt̄ez. s̄z rōe p̄tis relinq̄t̄ s̄z
mutari ī aliq̄ toto tpe p̄mo ē mutari ī q̄libet ei⁹ pre. Sec̄do supponit̄ qz̄ mu
tatū eē ē termin⁹ ip̄ius mutari. iō sicut mutari mēsurat̄ tpe. z ī tpe sūt in
finita nūc in porētia. z nō ī actu ita mutatū eē ē in terminō t̄pis. s̄z in ip̄o nūc
et in q̄libet mutari sūt infinita mutata eē s̄m̄ porētia sic ī finita p̄cta ī l̄n ea

Physicorum

Conclusio prima. Ante omne mutari est mutari esse. pbat pbs tripl^r
Primo qz omne mutari est diuisibile. Ante omne mutari est mutari esse fm
partem ipsius mutari. z posset ista ratio declarari p litteras vt patet in tex^t
ru. veru^m ista rō nō pbat qz ante oē mutari sit mutari esse i actu. sed so
lū fm potētiā diuisiōis sicut punct^o in linea. Scda rō q̄ sumit ex pre tps:
q̄a qd̄ mutat in aliquo toto tempore primo mutat in qualiter eius parte.
partes autē in tempore distinguuntur ab inuicē p nunc. ergo quod mutat in
aliqua parte temporis mutari est in nunc terminante illā partem z distin
guente ipsam a qualiter temporis parte. z cū queliter pars temporis data
sit diuisibilis in infinitū. sequit qz in qualiter pre tps sunt infinita nunc z p
psequēs infra mutata esse. quare nō est dare primū. igit ante omne mu
tari est mutari esse. Tercia rō sumpta est ex parte motus. q̄a qd̄ continue
mouet sic qz nō corrūpit. nec etiā pauat. vel mutatur in nunc vel mutatur
est in nunc. nō primū. q̄a hoc est impossibile. vt patet ex dictis. q̄ in quolibz
nunc mutari est. sed ipa nunc in tempore sunt infinita. q̄ etiā ipa mutata eē
sunt infinita. z p̄ his non est dabile primū mutari esse. quare ante omne mu
tari est mutari esse. Conclusio secunda. Ante omne mutari esse est muta
ri. pbat pbs dupliciter. Primo si mutet aliqd̄ ex. a. in. b. v^t ergo mutat ex
a in. b. in eodē nunc qd̄ nō potest dici. quia tunc in eodem nunc esset in ter
mino a quo z in termino ad quē qd̄ est impossibile. Et quia omne qd̄ moue
tur in tempore mouet. q̄ est in alio z in alio nunc in. a. z in. b. sed inter quocū
qz nunc mediat tempus. ergo cū mutari est in. b. prius mutabat in illo tē
pore intermedio. quare ante mutari esse in. b. erat mutari. z cum temp^o in
termedium sit diuisibile in infinitū per ipm nunc. sequit qz non est dare mu
tari esse qm̄ ante ipm sit mutari. Si vero obijciatur de generatōne z cor
ruptōne que non mensurant tpe. q̄ ante genitū nō est generari. Ad hoc di
cendū qz si generatio z corruptio capiatur fm suas prias rōnes mensurā
tur in instanti tps. z sic generari z genitū esse simul sunt. sed si capiunt fm
esse qd̄ habēt in materia fm quē modū habent alteratōnem successiua sibi
aductā vt gnatio p̄hendit dispositōem ad formā. z receptōes forme subs
stantialis sic mensurat tpe. z hoc mō an genitū eē est generari Scda rō sum
pta ē ex pte magnitudinis sup̄ quā sit mot^o. qz q̄libet magnitudo in infinitū
